

menta. n. 3. relata dic. Ad primū id nō cōstituiere dīparitatē sufficientē ad diuortū, nisi aliqua reconciliatio praeceat. Sicut nec alterū coniugē pluriū adulteriorū, aut posterioris adulterij reū esse. Vt probauit disp. praecedēti. n. 6. & 8. Ad secundū dic

nō cēseri vltimā moram, & pactū nouissimum quoad diuortū, nisi adit reconciliatio aliqua. Cūm ad id non cōferat vter vltimō fornicat⁹ sit ante illā recōciliationē. Ad tertū dic restitui per penitentiam ad priorem statum in ordine ad Deum.

DISPUTATIO OCTAVA.

An fiat compensatio mutui adulterij coniugum, etiam quoad accusationem civilem, vt dotis amissionem, & criminalem ad poenā mortis, ita vt viro adultero non liceat adulteram criminaliter, aut civiliter accusare.

SVMMARIVM.

Q uat sint quæstiones disputandæ. n. 1. Quas penas incurrit adultera apud omnes nationes. Et amittit dotem. n. 2. An perdat dotem. si vi, aut metu cognita sit vxor: aut vir causam dederit adulterio, iniuriā domo expellendo: vel vxor ob eius sententiam auferent: vel ab oscula, & amplexus? remissio. n. 3. An vir lucratur dotem vxoris, accusans eā criminaliter, vel civiliter. n. 4. Quid, si dos nondum tradita viro sit, sed promissa. n. 5. Quid in sponsa de presenti, qua nondum matrimonium consummauit, vel viri domū tradita non est: vel nuptiales benedictiones nondum suscepit. n. 6. Quid, si matrimonium reperitur fuisse inualidum? Et explicatur. l. 81. Tauri, hodie. l. 2. tit. 20. lib. 8. recopil. n. 7. Quid, si promittens dotem stipulatus fuerit sibi reddendam. n. 8. An vir adulteram necans acquirat dotem sibi lege ob adulterium, aliamve causam, delatam. n. 9. Et ibi, quid, si post sibi acquisitā, vxorem emerit? An lucratur vir bona vxoris adultera parapherna, & alia. n. 10. An ob adulterium viri comparet vxor donationem propter nuptias. n. 11. Quid, si coniux adulter habeat filios ex illo, vel ex altera matrimonio. n. 12. An desideretur iudicis sententia, etiā si adulterium sit notorium, vt vir lucratur dotem & parapherna adultera: vel vxor donationem propter nuptias viri adulteri. Et decedentibus illis ante sententiam, amittant eorum heredes illa bona. n. 13.

Ansi adulter coniux rebus falsis se defendat, vel probet simile adulterium alterius coniugis, etiam post latam sententiam sibi applicantem bona, a qua tamen appellatum est, teneatur restituere ea bona, que alter coniux innocens erat lucraturus? Et idem tractatur de quocunq; reo in simili euentu, nu. 14. Solus iudex Ecclesiasticus est competens in causa adulterij ad diuortium perpetuum, vel temporale: & tunc cognoscit de dote lucrada: vel alimentis adultera denegandis, etiam de accessorijs diuortio. Et an possit cognoscere de dote, quando de ea est principalis questio. nu. 15. Quando agitur criminaliter de adulterio ad poenam sanguinis, cognitio est iudicis secularis. Quando ad alias penas, est mixti fori, & datur locus praueentioni. n. 16. Questione mota coram iudice seculari de alimentis adultera prestandis, a qua vir diuertit, si vir exceptionem adulterij opponat, consequere debet secularis, & potest ab Ecclesiastico inhiberi, donec de diuortio cognoscatur. nu. 17. An vir accusans criminaliter vxorem, possit postmodum civiliter ad diuortium, dotisve amissionem accusare: vel a civili accusatione ad criminalem redire? Refertur quaedam opinio. n. 18. Sententia aut horis. Et explicatur. l. vnic. C. quā de civilis actio criminali prauidet. n. 19. An saltem vir qui accusauit criminaliter vxorem, & fuscubuit, vel desistit, possit nolle recipere vxorem, & aduersus illam iudicē aduentem, tueri se adulterij exceptionem. nu. 20. Quod vna via non licet, non debet alia con-

cedi.

cedi. Et actio exceptione est fauorabilior: sepeq; illa negata hec conceditur. Et quocies obstat exceptio rei iudicatae, obstat similiter exceptio litis pendens. Eodem. nu. 20. Et ibi, quando sententia lata in accessorio, prauidet in principali. An si nre, vel post sententiam diuortij, coniuges reconcilientur, nullo inter ipsos pacto iniuro, recuperet adulter bona ob adulterium deperdit. ad num. 21. Et ibi, remissio tam in delictis, quam in contractibus, est fauorabilis, & extendenda. Quid, si pacto iniuro lucranda dotem vir remittat adulterio? Et an in foro conscientiae precium receptum ob adulterij remissionem, sit restituendum? Et explicatur. L. transige re. C. de transact. & p. 22. tit. 1. p. 7. n. 22. Et ibi, quid si vir remittat ea lege, vt vxor seorsum habet, an sit ei reddenda bona? An vxori adultera teneatur vir alimenta prestare. Refertur duplex sententia, num. 23. & 24. Sententia auctoris. n. 25. Quid, si iniuriā domo expulsa fornicetur? numer. 26. An ob oscula, & amplexus, possit vxor alimentis priuari. nu. 27. An licet pendens ad diuortium, teneatur vir alimenta, ac litis expensas prestare vxori. nu. 30. Post. n. 28. inuenies alia summaria.

Q uo perfectē huius disputationis decisio intelligatur, oportet praemittere poenam, tam civiles, quam criminales adulterij. Et ideo Quadruplex questio disputanda est. Prima de poenis quibus adulterij. Secunda an fiat compensatio adulterij vtriusque coniugis quoad penas, & accusationē civilem? Tertia de poena criminali; & an maritus licitē interficiat vxorem adulteram? Quarta, an vir adulter possit vxorem accusare ad poenam capitalem infligendam, vel compensentur adulteria? Questio prima. Quae sint poenae civiles adulterij? Et ne in hac re immoremur circa poenas adulterio indictas apud vniuersas nationes. Consulendum est latē de illis differens, & ostendens quā odiosum vbiq; gentiū fuerit, Menochius de arbitrarijs, lib. 2. centuria 5. toto casu. 419. Prima ergo vxoris adulterae poena est, vt perdat dotē, viroq; accrescat. c. plerumq; de donat. inter vir. & vxor. l. consensu. §. 1. C. de repud. l. vnic. §. accret. C. de rei vxor. §. acti. l.

miles. §. sozer. ff. ad. l. Iuliam, de adult. Et iuuis Plautius rubri. C. de edendo. n. 46. intelligat. d. c. plerumq; solū velle vxorem non posse dotem reperere, vt sibi post separationē restitueret. At Menoch. lib. 2. de arbitra. cent. 3. casu. 237. n. vltim. dicit hunc intellectū sustineri non posse. Quia supponit dotē aliquando repeti posse, etiā si vxor nō sit viro recōciliata, nēpe soluto matrimonio per alterutrius mortē. Cū tamē textus nō ad tēpus limitatū, sed absolute repetitionē negat. Et similiter eundē reprobatur Barbo. l. 2. p. 1. in principio. n. 53. ff. solu. mati. vniuersi enim textū illū intelligunt, vt propter vxoris adulterij vir lucratur dotem. Atq; ita intelligunt Abb. c. fin. n. 3. de adul. & ibi omnes. Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 6. n. 1. & dicit esse receptissimum Iulius Clarus lib. 1. recepturum §. Adulterium. n. 13. vers. & scias. Vtrū autem ab hac poena excusetur vxor, si vi, vel metu cognita sit? Dixi disp. 4. num. 15. & sequenti. Et quid, quando vir causam tribuit adulterio, eā domo expellens, aut ita crudeliter tractans, vt eius salutem timens auferat? Ibidem. n. 10. Et an dotem perdat propter oscula, & amplexus? Dixi disp. 4. n. 11. & 12. Quae quavis non modica cōtrouersia sit, an actō iure communi habeat hoc verū, siue vir accuset vxorem civiliter, siue criminaliter. Et cōmunis sententia habebat id in vtroq; euentu esse verū. Vt reprobato Barolo id tantū admittente quando vxor criminaliter acculatur, docent Anton. Gomez. l. 80. Tau. nu. 47. vers. Imō etiam. Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 6. nu. 4. Iulius Clarus lib. 5. recepturum. §. adulterium. n. 13. vers. & scias. Barbo. l. 2. p. 1. in principio. n. 57. ff. soluto mati. Imō quando vir accusabat vxorem criminaliter, alio pacto dinidebatur dos. Vt tradunt ibi Antonius Gomez, Couar. & Barbo. At tentione iure regni huius Castellae res est certa, viro accusanti civiliter, vel criminaliter vxoris adulterium, acquiri dotem. Quod constat ex. l. i. tit. 20. lib. 8. noua recopil. & docent Anton. Gomez, & Barbo. n. 58. Cantera. q. criminalibus. q. tangētib; punitiōnem delicti. c. 4. n. 41. notab. 3. Habet etiā idem verū, non tantū quando adulterij tēpore dos erat tradita viro, sed etiam quando solim permissa. Nā ob vxoris adulterium applicabitur viro. Cū iura indistinctē de dote loquantur. Quod docent Ioan. Lupus rubrica de dona. inter

Tert 2 vir.

vir. & vxor. §. 2. o. statim in principio. Cifuentes. l. 81. Taur. vers. sed circa praemissa. Ca. silio alios referens. l. 81. Tauri, ad finem. Rolandus conf. 50. nu. 8. volum. 1. Azebedo. lib. 8. recop. tit. 2. o. l. 4. nu. 40. Addit bene Cifuentes idem esse dicen. ta, siue promittens dotem fuerit in mora soluendi, siue non. Quoniam vius minimè distinguit.

6. Insuper idem accipiendum est in sponsa de presenti, quae ante matrimonij consummatione adulterij admittit; priuatur enim dote, eaq; viro acquiritur. Quod attè to iure communi probant per. l. nihil inter. ff. rerum amot. Ioan. Lupus rubri. de don. int. vir. & vxor. §. 10. n. 1. Anton. Gomez. l. 80. Taur. nu. 47. Iulius Clarus lib. 5. receptarum. §. adulterium, vers. sed hec omnia. Quod expressè decidit. l. 3. tit. 20. lib. 8. recop. legum huius regni. Atque ita idem dicendū est, licet sponsa illa de presenti nondum sit sponsa domum tradita, nec nuptiarum benedictiones receperit. Quod probat generalitas illius legis. Et ex multis alijs probat ibi Azebedo. n. 1. & sequentibus, & ante ipsum, Cifuentes. l. 81. Tauri, in fine.

7. Quando autem matrimonium in facie Ecclesiae contraheatur, reperitur ob aliquod impedimentū fuisse nullū, nō leuis est cōtrouerfia inter Doctores attèto solo iure cōmuni, nū dos amitteretur. Quibus dā affirmatib; alijs verò negatibus. Quos omnes refert Barbof. l. 2. in principio. p. 1. n. 93. & 94. ff. solu. mari. vbi bene vtrāq; sententiā ad concordia sic reducit. Si ob tenta sententiā, doteq; applicata marito, vxor matrimonij fuisse nullum opponat; minimè audietur. Regula, res iudicata. ff. de regulis iuris. Secus si ante sententiā. Cū enim verè nō fuerit adulterij, nequaquā ad iudicabitur marito dos. Quā etiam cōcordiā sequitur alij, quos ibi refert. At attèto iure huius regni Castellae, constat priuari dote vxorē illam. Quoniam. l. 81. Taur. hodie. l. 4. tit. 20. lib. 8. reco. expressè deciditur, eisdē poenis puniri adulterij cōmissum in matrimonio exilimato, ac si matrimonij esset legitimū. Et ita annotat Antro. Gom. ea. l. 81. nu. 48. Azebedo ea. l. 4. n. 16. Barbof. ea. n. 94. Quae tamen lex est intelligenda, quando matrimonij fuit irritū ob aliquod impedimentum; secus si ob defectum consensus, vel metu cadenti in virū constantē initū fuit, ac ideo nullū defectu pleni consensus. Sic latè probans Castil. l. 81. Taur. n. 2. Et ibi Cifuen. paulò

post principium. Anton. Gomez. n. 48. Azebedo lib. 8. recop. tit. 2. o. l. 4. n. 25. & 26. Quod si promittens dotē stipulatus sit eā sibi soluto matrimonio reddendā, minimè eā lucrabitur maritus vxore adulterate. l. ex morte, vers. simili quōq; modo. c. de pactis conuent. tradit. Glossa, & Doctores. l. si dotē marito. C. de iure dotium. Sic Cifuentes. l. 81. Tauri, limitatione. 2. Azebedo lib. 8. recop. tit. 2. o. l. 4. n. 29.

8. Similiter dorem vxoris minimè lucrabitur vir, autoritate propria ipsam etiā in adulterio repertā interimens. Qui enim propria autoritate ius sibi dicit, etiā lege permittente, legale cōmodum minimè cōsequitur. l. interdū, §. qui fure. ff. de furtis. Quod etiā attèto iure cōmuni docet alij relatis, Cou. 4. decr. 2. p. c. 7. §. 7. n. 7. Idēque decidit. l. 81. Taur. hodie. l. 5. tit. 20. lib. 8. recop. legū Castellae, vbi definitur virū occidentē propria autoritate aduiteros, amittere bona omnia quae ob adulterij vxoris sibi lege ad iudicantur; secus si autoritate iudicis eos sibi traditos enecet. At si sententiā iudicis sibi iā bonis adulterae applicatis, cōtingat vt vir adulteram etiā ob crimē praecedens occidat, nequaquā tenebitur in foro conscientiae dotē semel acquisitā restituere. Quia nullo iure cauetur vt post acquisitionē, illā deperdat. Nec si dos marito ex alia causa deferatur à lege, amittet eā, interficiē propria autoritate adulterā. Vt cū Alexan. per eū citatō docet Cou. n. 7. proximè allegatō.

9. Secūda pēna vxoris adulterae est, vt amittat bona parapherna, ceteraq; bona, ac ea viro ad iudicentur. Et quidē, si solū ius commune attendamus, cōtrouertitur inter Doctores de veritate huius poenae. Quidā affirmant; & ducitur, quia. c. plerūq; de dona. inter vir. & vxor. dicitur viro ad iudicari dotē, ac dotalitij vxoris; nomine autem dotalitij intelligit bona parapherna. Sic Gloss. eo. c. plerūq; verb. dotalitij Felintus. c. pastoralis. n. 5. vers. mulier impudica, de iudicijs. Hyppo. de Mar. conf. 234. n. 2. Ludoni. Rom. singulari. 312. alijs 315. n. vnic. vbi Additionar. multos refert. Berouis rubri. de iudicijs. nu. 22. Couar. 4. decr. 2. p. c. 7. §. 6. n. 2. Costae. c. si pater. p. verb. legauit. n. 46. de testa. in. 6. Perez lib. 8. ordin. tit. 15. l. 2. fol. 290. Iul. Clar. lib. 5. receptarū. §. adulter. nu. 15. vers. adde quōd. Bofius practica crimin. tit. de coitu dānato. n. 54. Antro. Gab. tomo. 1. comm. lib. 1. in mea editione, folio. 21. Alij autem

id

id negant. Quia parapherna non dicuntur dotalitij vxoris. Nec in materia poenali, quod est hec, oportet verba extendere, sed potius restringere. Vnde nomine dotalitij intelligitur donatio propter nuptias, quae olim erat in vsu, & appellabatur dos vxoris, illa enim dabit vir in dotē vxori; vt dixi lib. 6. disp. 1. n. 1. & quāuis soluto matrimonio redibat ad virū dantē; at si ex pacto inito esset vxoris in perpetuum, ea adulterate ad iudicatur viro, iuxta. d. c. plerūq; Atq; ideo hac partē (quae verior est) sustinent Abbas. d. c. plerūq; n. 8. Antol. lib. 6. Praepos. nu. 5. Decius. c. pastoralis n. 31. de iudicijs. Ang. verb. adulterij. n. 4. vbi Syl. q. 6. Tabien. q. 1. nu. 2. Armil. verb. dos. n. 13. Canter. q. crimin. q. tangētibus poenitionem delicti. c. 4. n. 38. Barbof. l. 2. p. 1. in principio. n. 16. ff. solu. mari. Ludouic. Lopez. 1. p. instruct. c. 295. q. 2. Manu. 1. tom. summae. 2. editio. c. 99. n. 1. At attèto iure regni Castellae, bona parapherna, & reuera vxoris adulterae ad iudicantur viro. l. 1. tit. 20. lib. 8. nouae recop. notat Cifuentes. l. 81. Tauri, vers. in eadem lege Cantēa proximè allegatū. Azebedo. d. l. 1. nu. 18. imò & bona adulterae lucratur vir per illam. Azebedi. Barbof. n. 64.

11. Vxoriam ob viri adulterium lucratur donationem propter nuptias. l. consent. §. si verò. C. de repud. & authent. vt liceat matri & auie. §. quia verò plurimas, vers. si de adulterio. Et tradunt Glossa, & communis. c. 4. verb. reciperet, vt lite non contestata. Abb. c. tuaz. de procur. sine. & cap. final. nu. 3. de adult. & c. plerumq; n. 6. de donat. inter vir. & vxor. vbi Alexan. de Neuo. n. 7. Ioannes Lupus rubri. de donat. inter vir. & vxor. §. 20. n. 1. Decius regula, semper in contractibus. 157. num. 6. ff. de regulis iuris. Palud. 4. d. 3. q. 1. art. 5. n. 34. Rosell. verb. diuortium. n. 14. Ang. verb. adulterium, nu. 3. vbi Syl. q. 6. Tabiena, verb. dos. q. 1. n. 12. & ibi Armilla. n. 13. Rolandus conf. 50. a. nu. 6. volum. 1. Brunellus de Sponsal. conclusione. 30. declaratione. 8. nu. 12. Perez lib. 5. ordin. tit. 1. l. 1. fol. 2. 1. verb. tres bienes. Quesada. q. iuris ciuili. c. 18. n. vnic. casu. §. Rojas singulari. 214. fin. Iulius Clarus lib. 5. receptarum. §. adulterium, vers. adde quōd. Surdus de aimentis, tit. 7. q. 16. n. 30. Barbof. alios referens. l. 2. p. 1. in principio. nu. 98. & rubrica. 2. par. numer. 38. ff. soluto matrimonij. Quāuis minū bene contrariū doceant Guido Pape singulari. 885. in fine Ti

12. raquellus. l. 1. connubiali, gloss. part. 1. nu. 45. fine.

Excipiendus tamen est casus, si vxor habeat filios ex eo, aut ex alio matrimonio. Tunc enim maritus dū viuus, habebit vsu fructū illorū bonorū; at eo mortuo succedēt filij in bonis adulterae. Quod attèto iure cōmuni bene probat multis relatis Barbof. l. 2. p. 1. in principio. n. 62. ff. soluto matri. At ius huius regni Castellae difficultatem facit. Quia. l. 1. art. 20. lib. 8. nouae recop. dicitur filios adulterae in eius bonis successuros. Sed optimè Barbof. ibidē. n. 63. sic conciliat. Si adultera interficiatur à viro autoritate iudicis sibi eā occidendā tradētis, bona eius statim ad filios pertinent, quoad proprietatem, & vsu fructū (tu intellige nisi sint filij famulias eiusdem viri, tunc enim non ratione adulterij, sed ratione potestatis paternae retinebit vsu fructum illorum bonorū ad iudicentium; perinde ac si mater non fuisset adultera.) Si verò agatur ciuiliiter, ita vt vxor minimè moriatur, obtinebit maritus dum superstes fuerit vxor adultera, vsu fructum illorum bonorum, etiam si sint filij ex alio matrimonio habiturae ve rō mortua succedens plene filij in eis.

13. Rogabis forsitan, num desideretur iudicis sententiā, quod adultera dotē, ceteraq; bona amittat? Qua in re facilis, ac in promptu videtur solutio, nepe, desiderari. Est enim poenae ac proinde sententiā iudicis postulari. Quod docent Hostiensis. c. porro n. 3. de diuort. & ibi Ioan. Andr. n. 3. Antol. n. 12. Anchar. in fin. Alexand. de Neuo. n. 10. Praepos. n. 4. Calderin. c. fin. de adult. & ibi Abb. nu. 6. Cardin. nu. 2. vers. quæro an vir. Ananias referens Floria. nu. 4. vers. circa vltimam questionē. Bald. c. ex parte n. 8. de consuetud. Ioan. Lupus rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. 34. nu. 5. Aften sis sum. 2. par. lib. 8. tit. 33. ar. 2. paulò post principium Bertachinus in suo repertorio, litera. A. verb. adulter, vers. adultera perdit dorem. Couar. 4. decr. 2. p. c. 7. §. 6. n. 1. Auiles. c. pratorij, proemio, glossa don Fernando, in fin. Villalobos in cōmunibus opinionibus, litera. A. verb. adulterium. nu. 94. Perez lib. 8. ordinamenti, tit. 15. l. 2. folio. 290. vers. dubiū est. Mexia taxapanis, conclusione. 6. n. 63. Cenedo in collectaneis iuris, collecta. 154. n. 8. Anronius Gabriel tomo. 1. commu. opin. lib. 1. in mea editione, verb. adultera, fol. 21. col. 1. Emmanuel Sa sum. verb. diuortij, vers.

Ttt 3 penul-

penult. Hieronymus Llamas in methodo curacionis animarum. 3. p. c. 8. §. 8. Manuel. 1. tomo summe. 2. editione. c. 99. num. 1. Idem docent de donatione propter nuptias, quam vir adulter perdit, Host. Ioannes Andreas, Anchar. Cardin. Ananias ibidem. Hinc inferunt Baldus, Ioannes Lupus, Auiles eisdem locis, hæredes vxoris decedentis ante sententiam non perdere dotem. Quia pœnæ delictorum intentatorum non transeunt ad hæredem. l. 1. C. ne ex delicto defun. Sed huic doctrina fortiter obstat textus cap. plerumq; de donat. inter vir. & vxor. ibi. *Si mulier ob causam fornicationis iudicio Ecclesie, aut propria voluntate à viro recesserit, nec reconciliata possit sit eadem dotem, vel dotatium repetere non valebit.* Vbi æquiparat textus ad lucrum dotis adulteræ viro acquirendam, iudicio Ecclesie, aut propria voluntate viri, vel vxoris, diuortiu factum esse. Vnde Abbas ibi, num. 4. Rosella, verb. diuortium. n. 14. Ang. verb. adulterium. n. 6. vbi Sylu. q. 6. Tabiena. q. 1. n. 2. & verb. dos. q. 13. n. 12. vbi Armilla. n. 13. inferunt, ad dotem lucrandam, paria esse matrimonium separari iudicio Ecclesie, vel propria voluntate vxoris recedentis ob propriu adulterium, timore viri, vel voluntate mariti ipsam ob adulteriu notorium expellētis. Et reddūt rationē, quia adulterio vxoris existenti notorio, potest vir propria autoritate ipsam expellere. Atq; concordat Anton. eo. c. plerumq; n. 3. dicens mulierem separaram ob adulteriu, iudicio Ecclesie, vel absq; illo, perdere dotem. Quare videtur attendo hoc textu, & Doctoribus allegatis, minimè desiderari iudicis sententiam, quod ob adulterium vxoris vir lucratur dotē: & ob viri adulterium vxor donationem propter nuptias. Sed his minimè obstantibus, non est recedendum à verissima opinione citata exigenti sententiam iudicis. Nec illi aduersantur textus, & Doctores allegati. Pro cuius intelligentia reuocandum est in memoriam, quod probauimus lib. 6. disp. 38. nu. 3. 4. nempe, eū cui competit exceptio, ne aliquid soluere cōstringatur, habere subinde ius retinēdi in foro conscientie, & externo, licet alter repetat. Cū ergo maritus propria autoritate diuertit ab vxore adultera, vel ipsa recedenti, ius habeat excipiēdi contra vxorē repetentē dotē, opponens ipsi adulteriu, potest retentionis iure vtens, nolle dotē restituere: sed sibi lucrari illam, quāuis sen-

tētia minimè præferat. Quid apertè significat textus. d. c. plerumq; dū non dixit virum in eo casu lucrari dotē, sed vxorem non posse repetere: significans posse maritum ratione exceptionis adulteri quā habet, vti retentione. Idem clariù significat Abbas ibi. n. 4. Alex. de Neuo. n. 5. vbi cautè dicunt mulier recedenti ob adulteriu, vel repulsæ ob adulterium notorium, repetenti dotem, ob stare exceptiōē adulteri; atq; ita maritum absq; adulteræ vxoris accusatione posse cōsequi dotē, excipien do modo prædicto. Idē etiā apertè sentiūt Ang. verb. adulteriu. n. 6. Syl. q. 6. Tabie. q. 1. n. 2. vbi dicentes in his casibus virum lucrari dotē, reddunt rationem: quia si vxor repeteret, obstat ei exceptio adulteri. Et melius idem Syl. verb. dos. q. 15. vbi ait sententia diuortij sequuta acquiri dotē, & parapherna viro: at propria autoritate expulsa vxore manifestè adultera, ipsa diuertente, acquiri ipsi viro exceptiōē contra vxorē, si dotē repetat. Et quamuis Abbas, Rosella, Ang. Syl. hoc eod. n. citati petant adulterium esse notorium, vt vir expellēs propria autoritate vxorem, possit dotem retinere: id solum est ad effectum impediēdi restitutionem in foro externo, mulier enim spoliata ante omnia est restituenda, vbi adulterium non est notorium. Vt dicemus hoc lib. disp. 12. nu. 14. At eum in foro conscientie licet diuertere viro, etiam vbi adulterium non est notorium: vt dicemus eadem disp. 12. nu. 31. licet bit subinde dotem retinere. Imò Alexander de Neuo. d. c. plerumq; n. 5. dicit etiam mulieri repetenti dotem ob stare exceptiōem adulteri non notorij: nec esse quoad dotem, statim restituendā, secus si peteret se restitui ad consortiu maritale: statim enim restitueretur, nisi de adulterio notorio exceptio penderet. Et id colligit ex Antonio eod. c. plerumq; n. 3. dicens mulierem separata iudicio Ecclesie, vel absq; illo perdere dotē: n. 5. vbi ait ad valorem separationis desiderari iudicij Ecclesie, non verò ad lucrū dotis. Vnde non est audiendus Ananias. c. finalin. 3. vers. circa vltimam quæstionē, de adulter. vbi ait virum non posse propria autoritate retinere adulteræ dotem, donec accedat iudicis sententia. Contrariū enim probauimus ratione exceptiōis adulteri quā obijcere potest vxore dotē repetenti. Ex quibus omnibus fit, vt perfectè, & irreuocabiliter vir acquirat vxoris adulteræ

dotem

dotem, debere iudicis sententiam accedere: vt autem iuste retinere possit ratione exceptionis, quam habet, minimè sententiam desiderari. Quod si roget, quid inter verumq; modum distet? Tres differentias inuenio. Prima est, si vxor possideret bonam, nõ teneretur ante sententiā illis se spoliare, viroq; restituere: secus sententia lata. Secunda, si ante sententiā contingeret viri fornicari, cum mutua delicta cōpensentur quoad dotis lucrū (vt dicemus. n. 29.) eaderet à iure excipiēdi; & subinde à iure retinēdi dotem. At si lata sententiā sibi applicanti dotem adulteraretur, non teneretur dotem iam acquisitā restituere vxori, vt bene docent Mexicæ taxa panis, conel. 6. n. 63. Cenedo in collectaneis iuris, colle. temo. 1. §. 4. nu. 8. quia priuari illa dotē se melius acquirit, est pœnā; & ideo iudicis sententiā desiderat. Item quia non tenetur cōpensare illud adulterium cum adulterio vxoris præcedenti sententiā, vt redat ad consortium coniugale. Vt dicemus d. c. seuenti. nu. 30. ac subinde nec quoad dotē. Vtrū autē iurisdictionis, aut iudicis officio possit cogi dotē restituere in foro externo? dicemus disp. sequenti. nu. 37. Tertia differentia est, si ante latā sententiā vir propria autoritate vxorem necet, tenebitur dotem, ac cetera bona reddere: secus (vt diximus, nu. 9.) si semel per sententiā sint sibi applicata. Sed quid, si vxor accusata legitime de adulterio, falsis se teneatur testibus, aut si male viri adulterium probet, licet, absoluatur, an teneatur dotem, & cetera bona viro restituere: & diuortio assensum præbere, ac si damnata esse? Difficultas hæc pendet ex ea quæstione, An reus legitime interrogatus negans veritatem, falsis se testibus se defendens, teneatur pœnam restituere: quia dānandus erat. Quod satis probabiliter affirmant Sor. 1. lib. de iust. q. 6. ar. 9. vers. vñ hic autē. Cast. lib. 2. de lege pœnali. c. 12. §. ex his. Mol. tom. 1. de iust. tra. 2. disp. 95. pagin. 587. Ducitur, quia iniuste obstitit iuri ad pœnam, quod actor obtinuerat. Et sic hæc sententia docet tene vxorē eam omnia bona, quibus dānanda erat, viro restituere. Ceterum probabilius existimo teneri reum expensas litis ob id falsis, alteri restituere; non autem pœnā. Quoniam actor non habet directè ius ad pœnam, sed indiretè, & per accidens media iudicis sententiā. Quia legislator pœnalè indicens legē, per se, & directè solum

intendit concedere ius ad vindictā de reo sumendam: per accidens autem, & quasi mediare, & indirectè concedere ius, vt inde lucrum pœnæ actori, aut fisco accrescat. Ex quo fit vt reus iniuste se defendēs delinquit aduersus iustitiā publicā, & ius reipublice, vt id crimen puniatur; non tamen contra iustitiā commutatiuā, in ordine ad pœnam actori applicandam. Et ita sentiunt Nauar. summa h. p. c. 2. 8. additione ad num. 46. c. 18. latina. c. 18. numer. 49. Merinā libro. 1. summa. c. 14. §. 35. folio. 178. Angles floribus. 2. p. q. de restitutione legis pœnalis, art. vnic. diff. vnic. conel. 3. fol. 248. Aragon. 2. q. 62. art. 3. fol. 228. colum. 1. & ibi Salon controuersiar. 2. & ibi Bañes, ar. 3. dubio. 2. conel. 6. folio. 215. Ludouicus Lopez. 1. p. instr. c. 159 fol. 362. §. ar. Nauar. Manuel. 1. tom. summa. 2. editione. c. 186. n. 6. Grass. 1. p. decisionum, lib. 3. c. 7. num. 2. 5. Imò id verum existimo, licet iuste damnatus pœna aliqua pecuniaria, appellaret ex causa omnino falsā, aut falsis se protegens restitutus, neretur enim actori expensas litis restituere, nec prouequi licet, sed omittere vt ex allegatis feratur sententia; sed quod lis est iniusta: pœnā verò minimè tenebitur restituere, donec ab appellacionis iudice confirmetur sententia. Quia prior sententiā appellacione suspensa est, & subinde eam obligat, ac perinde censetur, ac si condemnatio minimè facta fuisset. Et suspēdi sententiam ex eo constat. Quia vel iudex appellacionem admittit, aut inhiibet iudicem à quo; & tunc non est dubiu suspēdi priorē sententiam. Quāuis enim appellatio esset friuola, & inuálida, dummodo sit iusta legitimum tēpus interposita, si iudex illi detulit, siue ex propria ignorantiā, aut sceler, suspēdit vt multis citatis tradunt Lancelotus de acteris. 2. p. c. 12. limitatio. 6. n. 20. & limitation. 1. a. nu. 66. Anton. Gomez tom. 3. var. c. 13. n. 34. Et similiter quādo iudex ad quē inhiibet iudicē à quo. Vt docet Lance. eo. c. 12. limitatio 30. n. 128. & duplici sequenti, vbi id defendit contra alios, licet appellatio sit interposita trans actio appellacionis termino. At iudex non admittit appellacionē; & adhuc suspēdit. Quia tenebatur admittēre. Cū nõ notoriè cōstet falsā esse causam, eò vel maximè quod hæc appellatio sit à finitima sententiā, in quā nõ est necessariū exprimere causā: & potest iustificari ex nouis actis, vt tradit alijs citatis Maran. pra. 6. p. ti. & quādoq; ap-

Tit 4 pella-

pellatur. n. 142. & 153. Cùm ergo sententia illa sit per appellacionem suspensa, non debetitur poena, perinde ac si sententia lata non esset. Quod videtur tenere Palacios lib. 4. de contract. c. 5. fol. 273. column. 2. ante vers. porò frater, vbi ait non teneri reum ad penam, donec vltima sententia damnetur. Quamuis contrarium teneat Beia in sua casuum summa, casu. 64. Ex his ergo ad questionem propositam respondeo, vxorem falsis testibus se tuentem, aut opponendo falso simile adulterium viro, minimè teneri dotem, ac alia bona sua viro restituere, sed litis expesas factas causa iniustæ illius defensionis, etiã iam sententia damnata sit, quæ per appellacionem suspensa est. Quia illa priuatio est poena non debita vsq; ad sententiam iudicis, quæ aut vltima sit: aut in rem iudicatam transierit. Quamuis teneatur non appellare, vel si semel iam appellauit, nil noui intentare. Quæ constant ex ijs, quæ præmissimus. Vtrum autem idem dicendū sit, quando coniux petit diuortium ob coniugis adulterium, & coniux adulter falso negat, aut falsis se testibus defendit? dicam hoc libro, dist. 12. n. 8.

15 Solus verò iudex Ecclesiasticus est cõpetens ad cognoscendum de adulterio, vt ratione illius diuortium celebretur. Vt constat ex c. tua, de procur. & c. 10. vt lite non contest. Quia cùm agatur de viribus matrimonij dissoluendis, quod sacramentum est, huiusmodi cognitio est solius iudicis Ecclesiastici. Quod docent. D. Tho. 4. d. 35. q. vnica, ar. 3. ad. 5. Anton. eod. cap. tu, nu. 2. & c. cum sit. n. 16. de foro compet. & c. plerumq; n. 1. de dona. inter vir. & vxor. vbi Alexan. de Neuo. n. 3. Præpositum in principio, notabili. 2. Cardin. c. final. n. 2. q. penultima, de adult. & ibi Ananias. n. vltimo. Les. 7. tit. 10. p. 4. Sotus. d. 37. q. vnica, ar. 3. ad finem corporis, vers. colligito ergo. Bertachinus repertorio, l. tera. A. verb. adulter, vers. adulterium est crimen. Couar. 4. decr. 2. p. c. 7. §. 6. nu. 8. Antonius Gomez. l. 80. Tauri. n. 47. vers. vnum tamen. Iulius Clarus lib. 5. receptarum. §. fin. q. 37. n. 3. vers. quæro nunquid. Anton. Gabriel. tom. 1. commu. opin. lib. 1. in mea edicio. fol. 15. vers. adulterij causa. Anastasius Germonius lib. 3. de factorum immunitate. l. 2. nu. 58. Barbosa alios referens. l. 1. p. 1. in principio. n. 140. ff. de lu. mari. Viguier. lib. instit. c. 16. §. 7. vers. 9. impedimento. 10. Enriquez lib. 11. de

matr. c. 17. n. 1. fin. & commento, liter. G. Grassis. r. p. de cisionum, lib. 2. c. 84. n. 12. Ludouicus Lopez. 2. p. instr. de matrim. c. 54. paulò post principium, notab. 2. Vnde non est audiendus Decius conf. 212. nu. 2. contendens si simul agatur de diuortio, & amissione dotis, eam cognitionem esse mixti fori. Quod etiam admittit cum hac moderatione, quando non est questio de viribus matrimonij, Affliis lib. 2. constitutionum, rubrica. 11. §. 2. Sed neuter audiendus est. Imò et si de sola coniugum separatione ad tempus ob lepram agatur, solus Ecclesiasticus est competens. Vt bene docet Couar. eodem. n. 8. contra Ruppellanū libro. 1. forensium institutionum Galliz. c. 25. Quando autem agitur de diuortio coram iudice ecclesiastico, questio alimentorum, & dotis amittendæ, tanquam rei accessoria pertinet ad eundem. Vt de dote deciditur. c. de prudentia, de donat. inter vir. & vxor. Et tenet ibi Glossa loquens de dote, verb. accessorie. Et de dote, & alimentis docent referentes Federicū, Cardinalis, & Ananias proximè citati. Vtrum autem dum causa principalis vertitur de dote, possit iudex Ecclesiasticus cognoscere, variant Doctores. Atq; affirmant dicentes esse mixti fori: vt si constante matrimonio agat vxor de dote restituenda, eò quòd vir facultatibus labatur, Innoc. d. c. de prudentia. n. vnico, & ibi Abbas. n. 8. Alex. de Neuo. nu. 9. & 10. Cardin. c. ex literis, de pignor. n. 9. oppositione. §. & ibi Imola. nu. 7. Ducuntur, quia dos valde connexa est matrimonio, & ideò non mirum vt ratione huius connexionis possit iudex Ecclesiasticus, qui circa matrimonium iudex est, de illa cognoscere. At opposita sententia vt solius sit iudicis secularis, est communis, & verior. Quam tenent Gloss. d. c. de prudentia, verb. accessorie, Felinus. c. Ecclesia, de constit. nu. 58. Ioannes Lupus. c. per vestras, de dona. inter vir. & vxor. notabili. 2. n. 24. Antonius Gomez. l. 50. Tauri. n. 53. Molina lib. 2. de primogen. c. 15. nu. 76. & multis alijs citatis, late probans, & satis faciens contrarijs argumentis Barbosa. l. 1. p. 1. n. 6. & sequens lib. ff. soluto matrim. Atq; idem dicendum est de causa alimentorum, quòd de ea agitur principaliter. Vt bene docet Molina eadem. n. 76.   
 16 At quoties agitur de adulterio ad penam sanguinis imponendam, solus iudex secularis est cõpetens, Ecclesiastico enia

ea poena punire interdicitur. c. sententiam sanguinis, ne clerici, vel monachi. Sic Anton. c. cum sit, de foro comp. nu. 16. & c. tuæ. n. 2. de procur. vbi Abb. n. 6. Immol. n. 10. Quoad alias verò poenas est mixti fori, atq; subinde quædam præuentioni. Cùm enim sit quædam sacramenti iniuria, non minus pertinet ad Ecclesiasticum iudicem, quàm ad secularè punire illud. Deinde, quia l. quauis. C. ad l. Iuliam, de adult. appellatur adulteri sacrilegi: ac sacrilegium est mixti fori. c. eum sit, de foro comp. Atq; ideò ita docent Abb. eo. cap. tuæ. n. 6. Couar. 4. decr. 2. p. c. 7. §. 7. nu. 20. Iulius Clarus, & Anastasius Germonius relati. n. præcedenti. Barbosa alios referens. l. 2. p. 1. in principio. nu. 139. & sequenti. ff. soluto matrim.   
 17 Ex dictis inferitur, quæstione mota de alimentis præstandis adulteræ: a viro separata, corâ iudicis secularis: viroq; excipienti de insufficienti causa diuortij, nempe, de adulterio, debet secularis lite supersedere, donec Ecclesiasticus diuortij quæstionem dirimat: potestq; interim secularem inhibere. Iuxta id quòd habetur. c. tuam, de ordine cognit. & c. si iudex, in fine, de sent. excommu. 6. Sic Federicus, quem referunt, & sequuntur Cardin. c. fin. q. penultima, de adult. & ibi Ananias in fine.   
 18 Grauis autem controuersia est, num vir qui accusauit vxorè adulterâ criminaliter coram iudice seculari, possit post modum transire ad accusationem ciuilem petens diuortium, ac dotis amissionem? Cuius resolutio pendet ex intellectu l. vnica. c. quâdo ciuilibus actio criminali præiudicat. Et quidem Anton. c. tua, de procur. n. 18. & ibi Imola. n. 12. docent: imposita per iudicem Ecclesiasticum poena penitentialis, posse secularem adiri, vt contentiofam imponat. Si verò contentiofam imposita sit, si est ciuilibus, vt amissionis dotis, vel mixta, vt diuortij, nõ impediri, quin adire secularem liceat, vt poena criminali plectatur imposita verò semel criminali poena, nullâ aliam posse imponi. Et Salicetus auth. sed hodie. n. 4. ante, vers. item quia. c. ad l. Iuliam, de adulter. r. quàm rem constantem supponit, post accusationem ciuilem adulterij, locum esse criminali.   
 19 Sed vt huius quæstioni satisfaciamus, supponendum est non posse intentari actiõnem criminalem, & ciuilem principaliter, ex eadem causa confurgentia, antequam alterum iudicium absoluat. l. vnica. C.

quando ciuilibus actio criminali præiudicat. l. interdum. 4. ff. de publicis iudicijs. Qui rextus quauis loquatur, dum pendenti iudicio ciuili intentatur criminale: ita testè Iulio Claro lib. 5. receptarum. §. fin. q. 2. initio, procedit indiffinitè, siue actio vtraq; ab initio intenteur simul, siue iam cõcepto, & pendenti vno iudicio, aliud intenteur. Idem docet Bofsius practica criminali, tit. de pluribus violentijs, nu. 113. Dixi principaliter. Quia si quis intenteur principaliter iudicium criminale, potest deinde incidenter ciuile intentare. Vt accusans criminaliter de furto, potest deinde incidenter petere rem ablatam sibi restitui. Sic Iulius Clarus ca. q. 2. vers. & hoc quidem conclusio, multos alios referens: idem docet Additionator. ad Marantam practica. 4. p. iudiciorum id. n. 6. addens posse iudicem ex officio parte minimè petenti, ad id compellere. At absoluto altero iudicio, siue criminali, siue ciuili, sic distinguendum est: si hæc actiõnes tendant ad diuersa: vt altera ad satisfactionem, altera verò ad vindictam, tunc finito vno iudicio, licet ex eademmet causa intentare aliud: secus si vtrumq; iudicium tendat ad idem, nempe, ad vindictam. Et sic intelligitur. l. vnica. C. quâdo ciuilibus actio criminali præiudicat. V. g. actiõne iniuriarum potest agi criminaliter petendo vindictam, ac punitionem iniuriæ: potest etiam agi ciuilitè, vt quando ait se æstimare iniuriam sibi illatam, quia illam passus est, mille argenteis animis, quos sibi applicari petit. Tunc quia hæc iudicia tendunt ad diuersa, alterum ad vindictam, alterum ad rei familiaris compensationem: id nõ finito, siue criminali, siue ciuili, fas est aliud intentare: sicut si vtrumq; ad solam vindictam tendat. Non enim iniuria affectus petit rei familiaris damnnum. Sic docent Bart. l. 2. §. 1. nu. 3. ff. vi bonorum raptorum, Abbas. c. tuæ. n. 6. de procur. & c. de his. n. 6. de accu. Boerius de decis. 289. nu. 6. Maranta in sua practica. 4. p. iudiciorum id. n. 9. Couar. alios referens. 2. var. c. 10. n. 1. fin. Iulius Clarus lib. 5. recept. §. fin. q. 2. ad fin. dicitq; esse commune. Et Barbosa l. 1. p. 1. in principio. n. 138. ff. solut. matrim. Qui bene addit hoc esse verum, siue actor in priori iudicio vincat, siue succumbat. Nõ dicitur autem finitum vnum iudiciū, quâdo in eõ sententia lata est, nisi in rem iudicatam transierit. Quia ratio decisionis est, eò quòd posset in vno iudicio sequi abso-

no, quæ rei iudicatæ exceptionem in alio pateret: i quo propterea supersederetur. Quod minime habet locum ubi sententiæ virtus appellacione suspensa est. Ita Bartolo, & alij relatis, dicensq; esse omnium. Balsius practica, tit. de pluribus violentis. n. 113. Ex his inferitur decisio nostræ quæstionis. Vir enim accusans criminaliter uxorem de adulterio, non potest postea etiam eo iudicio finito, accusare civiliter ad dotis, cæterorumq; bonorum amissionem: nec si à iudicio civili incipiat, potest ad criminale transire. Quia utrumq; iudicium tendit ad idem, nimirum, ad poenam adulterij infligendam. Sic Abbas. c. tue. n. 5. de procur. Barbosa. l. 2. p. 1. in principio n. 138. & sequenti. ff. soluto mari. Idemq; dicendum est cum Abbate ibidem, & Soto. d. 3. q. 7. vnic. ar. 3. ad finem corporis, vers. colligitur ergo: Ludouico Lopez. 7. p. instr. diuortij. c. 265. §. penultimo: & 2. p. de matrimonio. c. 54. paulò post principium, notabili. 2. quando in altero iudicio petetur separatio thori & habitacionis ratione adulterij in altero verò, poena criminalis: non enim liceret etiam vno iudicio finito, aliud intentare. Nam verumq; iudicium tendit ad idem, scilicet, ad vindictam, & poenam. Quamuis enim diuortium non sit propriè poena, sed prosecutio iuris quod ob alterius adulterium comparant innoens: at in hac actione appellatur poena, & vindicta. Quia non pertinet ea actio ad compensandam rei familiaris iacturam: Quod inde constat. nam. l. vnica. C. quando civilis actio criminali præiudicat, decidens actionem civilem non præiudicare criminali, appellat actionem civilem, de re familiaris: vbi Glos. verb. de re familiaris, ait id eò id esse: quia si civilis non esset de re familiaris, sed actio iniuriarum, vna præiudicaret alteri. Quia vtraq; tendit ad vindictam. Accedit ad hoc actionem de adulterio ad diuortium tendens appellari criminalem. Vt constat ex c. tua, de procur. vbi textus adulterij actionem dicit esse quæ si mixta ex criminali & civili. & ibi Anton. n. 23. dicit appellari in quantum tendit ad dotis amissionem: criminalem autem, in quantum imponitur diuortium in poenam ingratitudeinis, & fidei conjugalis violatæ.

Imò quamuis posset aliquis existimare, finito vno iudicio v esto non pernitatur accusatio adulterij in alio, permitti exceptionem. Vg. vir accusauit criminali

ter uxorem de adulterio, desistit, vel succubuit, si postea vxori petenti restitutionem ad consortium maritalè, opponeret adulterium: videretur alij exceptionem admittendam esse: Quia facilius est causa concedendi exceptionem, quam actionem: eò quod reorum causa fauorabilior sit. Regula, fauorabiliores. ff. de regulis iuris. Et notant Dynus regula qui ad agendum. 171. de regulis iuris, in. 6. nu. 1. Decius regula inuitus. 197. §. cui damus. n. 2. ff. de regulis iuris. Vnde sic vt multa possumus consequi excipiendum, eum tamen actio denegatur. Glosa. c. 1. 32. q. 6. ad finem. Et hinc etiam est, vt annalia ad agendum, sint perpetua ad excipiendum. Illicet. 5. C. de exception. vbi & Glosa finalis, & scribentes notant. At dicendum est, nec eam exceptionem admittendam esse. Quia si finitum sit prius iudicium criminale, obstat huic excipienti in alio, exceptio rei iudicatæ. Quamuis enim illa iudicia tendant ad diuersa, criminalia ad poenam, exceptio verò adulterij ad conseruationem sui iuris, nec cogatur maritus ad suum consortium vxorem ad alteram admittere: at sententia lata in accessorio, seu incidenti, præiudicat in principali, quando quæstio de principali vertenda est. Bartholomæus Socius, si quis cum totum. §. & generaliter, n. 111. & sequentibus. ff. de except. rei iudicatæ. At in hoc casu iterum admissa ea exceptio, controuertenda est quæstio de adulterio, quod est principalis causa poenæ criminalis, & diuortij: item, quia in exceptione videtur, non potest ampliùs id, quod in modum exceptionis deduxit in iudicio, deducere in modum actionis. l. duobus. §. 9. ff. de except. rei iudicatæ: vbi redditur ratio his verbis. *Eandem enim quæstionem tendit in iudicium.* Ergo à contrario sensu videtur in actione, non potest illud idem per modum exceptionis opponere: eò vel maxime quòd militet eadem ratio: eadem enim adulterij quæstio in iudicium reuocatur. Nam vtriusque Bartholomæus Socius proxime citatus eò. §. & generaliter, n. 11. tunc dicitur eadem causa, quòd quòd deciditum est in prior iudicio, venit excipiendum in posteriori, licet agatur ad diuersum finem: vt hinc contingit. Si autem prius iudicium non duntaxat absolutum sit, obstat exceptio litis pendens. Ea enim obstat, quoties exceptio rei iudicatæ obstat: et tunc Iason. l. nullum. §. vers. adde aliam notabilem differentiam. C. de iudicijs. Tandem,

dem, quia quod vna via prohibetur, non debet alia permitti. l. fin. C. de vsu rei iudic. Quamuis autem in foro externo ad vltimam litem multiplicationem denegatur actio, & exceptio ad diuortium, ob adulterium semel iam deductum criminaliter ad iudicem, verum in foro conscientie id est licitum. Cum adulterium illud nondum sit remissum: nec hic casus comprehendatur inter illos, quos tota disp. §. numerauimus, in quibus ius diuortij celebrandi amittitur in foro conscientie.

Id tamen obseruandum est, reconciliacione facta inter coniuges, etiam post latam diuortij sententiam, & applicata viro bona vxoris adulteræ, si nil in pactum deductum sit, reddenda esse vxori omnia bona ob adulterium amissa. Quod quidè constat, quando reconciliatio præcessit sententiam. Quia vir nondum acquisierat dotem, sed exceptione, & ratione illius retentionem (vt. n. 13. probauimus) quam exemptionem reconciliatio extinguit, ac subinde ius retinendi. Si verò sententia præcesserat: maior videtur difficultas: quia iam dos, & cætera bona erant mariti: & non est cur dici cogatur ea reddenda esse vxori. Potest enim reconciliatio illa intelligi quòd solum ius diuortij perdendum. Ceterum adhuc est idem dicendum. Quia remissio siue in pactis, siue in delictis, est suapte natura fauorabilis, & extendenda. Vt notat Dinus regula, O dia. nu. 2. 5. & 6. de regulis iuris, in. 6. Et ratio est clara. Cum enim poenæ sint odiosæ, liberatio ab illis remissione obtenta, est fauorabilis. Deinde, quia illa remissio cum sit plena, & absoluta, restituit omnia ad pristinum statum, vt ante adulterium erant. Præterea, quia cum adulterium sit fundamentum, & radix amissionis dotis, & diuortij, destructo eo per reconciliacionem, destruitur totum ædificium: id est, omnis poena illi innitens. cum Paulus. l. q. 1. Rufus, quia hoc probare videtur textus. c. plerumq; de dona. inter vir. & vxor. ibi. *Si mulier ob fornicacionem iudicio Ecclesie, aut propria voluntate à viro recesserit, nec reconciliata sit eidem: dotem, vel dotalium repetere non valet.* Vbi Alexander de Neuo. n. 6. colligit inde vxorem ad alteram minime dotem amittere, siue reconcilietur ante sententiam Ecclesie, siue post. Atq; huius sententiæ videtur Ang. verb. adulterij. n. 3. vbi Sylu. q. 6. Tabiena. q. 1. n. 2. Armilla. n. 4. Emmanuel Sa suma, verb. diuortium. §. penul-

timo. Hieronymus Lamas in methodo eu rationis animarum. 3. p. c. 8. §. 8. vbi relatis ijs quæ vxor adultera amittit: subdunt eam facta reconciliacione omnia recuperare, ad pristinumq; statum vniuersa redire.

Quòd si non absolute reconciliatio facta sit, sed adiecto pacto vt vir aliquid dotis vxoris lucretur: Barbosa. l. 2. p. 1. in principio. nu. 115. ff. soluto mari. ait eiusmodi couentionem non valere. Quia. l. transactio. C. de transact. Interdicta est omnis transactio circa adulterij remissionem. Quod. l. regia. 22. par. 7. tit. 1. expliuit, quando accepto præmio pecuniario venia concederetur. Quod hic inuenitur. Et refert pro se Auendaño, & Ioannè Lupum. rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. 34. n. 4. qui tamen id non dicit, sed potius in oppositam partem inclinat. Quia postquam dixit non valere couentionem, subdit esse super hoc cogitandum. Quia non valet couentio, quando vxor viro sponderet id quod ad ipsum virum non pertinet. Dos autem acquiritur viro ratio ne adulterij ipsius vxoris. Vnde mihi certum est post sententiam, qua dos applicata est viro, posse virum remittere vxori adulterium referuata sibi dote, & cæteris vxoris bonis. Quia id non est precium veniæ recipere, sed nolle integrè remittere, sed quoad solam diuortij poenam. Et idem rationem probabilis credo, licet sententia lata minime sit. Quoniam cum habeat exceptionem ne dotem reddat, ac subinde ius retinendi, nil verò dicitur recipere vt veniam concedat: sed partim remittit, alia sibi parte reseruata. Qui enim habet ius excipiendi, habet ius retinendi, vt probauit lib. 6. disp. 38. n. 34. Quin imò quod at tinet ad conscientie forum, si pretio accepto vir remitteret adulterium, non teneatur ante condemnationem illud restituere. Nam leges citatæ nullum verbum continent, quòd dominij translationem impediatur. Et strictius loquitur. l. generaliter, ff. de verb. oblig. dicens stipulationes turpes nullius esse momenti. Et tamen optime Couar. regula, peccatum. 2. p. §. 2. nu. 7. dicit leges, quæ improbant turpes couentiones procedere ad hunc effectum, vt ex eis agi nequeat, nec teneatur quis promissa seruare: non autem vt acceptum sit ante iudicis sententiam restituendum. Quare lib. 6. disp. 20. n. 7. cum multis probauimus restituendum non esse pretium acceptum ob crimen iniustitiæ admittendum:

in quo versatur turpido ex parte dantis, & accipientis. Quod si vir remitteret adulterium, pacto inito ut seorsum haberet vxori bona essent vxori reddenda: quantum sententia precessisset. Quoniam ea remissio est late, & generaliter intelligenda (vt. n. precedenti probauit) ac proinde id solum de quo conuentum est, excepti ab ea remissione debet.

23 Tandem circa has adulteræ pœnas, dubitatur, num vir teneatur alimenta præstare vxori adulteræ? Quidam asserunt teneri, etiam facta thori separatione. Quia nõ delinuit esse vxor. Sic dicens esse communem sententiã, Iulius Clarus lib. 5. receptarum. §. adulterium. vers. facta autẽ. Antonius Gabriel tomo. 1. com. opin. in mea editione, lib. 1. fol. 21. vers. adulteram vxorem etiam thori separatione.

24 Alij verò sentiunt vxorem expulsum à viro ob adulterium nõ notorium, alẽdam esse à viro, secus ob adulterium notorium: unde in priori casu, probato postea adulterio, dicunt priuandam vxorem alimentis futuris, per sententiam: at præterita esse soluenda. Quia ob adulterium non notorium minimè priuatur vxor iurẽ quod habet in virum, nec alimentis, nisi sequente sententiã. Quod probant ex l. post contractum. 15. ff. de donat. Qui textus nil probat: solum enim decidit valere donationem factam post capitale crimen contractum, donec feratur sententiã. Sic docet Cardinalis relato Federico. c. fin. q. antepenul. de adult. Alex. de Neuo. c. plerũq; n. 9. & 10. de dona. inter vir. & vxor. Rosel. verb. diuortiu. n. 12. fin. Ang. verb. dos n. 20. vbi Syl. q. 14. di. 9. vbi Armil. n. 18. Tabien. q. 11. n. 12. & non teneri ad alimenta, quando adulterium est notorium; docent etiam Ioan. Lupus. c. per vestras. §. 39. n. 5. de don. inr. Kolan. conf. 10. nu. 6. vol. 1. Bolognetus conf. 23. n. 7. Lara. l. quis à liberis. §. si quis ex his. nu. 75. ff. de liberis agnos. Surdus de alimentis, tit. 1. q. 1. 8. n. 5. & tit. 7. q. 16. & 17. eamq; reddit rationem. Quia ob adulterium notorium potest vxorem domo expellere.

25 Cæterũ quantum in foro externo sicut vir non potest negare conuictũ vxori adulteræ occultat, ita nec alimenta, sed cogitur ad vtumq; donec diuortij sententiã feratur: at in foro conscientie sicut vir cõficius adulterij potest negare conuictũ vxori, ita & alimenta. Quia omni iure maritali potest tuta conscientia illam priuare.

Atq; ita docent Sor. 4. d. 36. q. vnica, art. 3. ad finem corporis: Bartholomæus à Le. desina de mati. dubio. 67. fin. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 240. nu. 4. Et fauent Abb. & finali. nu. 5. de adult. & ibi Anan. nu. 2. vbi indistinctè docent virum non teneri præstare alimenta adulteræ. Quod intelligerem, si ipsam expellat ob adulteriu illud occultũ, vel si non expellat, eò quòd commodè nõ potest, & careat probatione, qua contra ipsam litigantẽ se tueatur, ac non habet eam vt vxorem, sed retinet, donec diuertere possit.

26 Quidd si vir causam dederit, expellens iniuste vxorem, quã postea adulterium labitur: Doctores asserentes virum minimè lucrari hõic (quos reuli disp. 5. n. 10.) subinde dicent teneri ad alimenta. At sicut ibi diximus acquirere dotẽ, ita dicendum est nõ teneri ad alimenta. Quia expulsiõ illa iniusta minimè excusat adulteriu vxoris, nec ipsi imputatur marito, nisi tanquã causã remotã. Atq; ita docet Surdus de alimentis, tit. 7. q. 16. nu. 42. Quod intelligendum est, nisi eo sine vir expulsiõ, vt vxor adulteraretur. Tunc enim sicut vxor adulterã nõ potest priuari dotẽ, ita nec alimentis iuxta ea quã tradidi disp. 5. numero. 10.

27 Aliqui extendunt, vt vir non solum adulteram vxorem minimè teneatur alere, sed etiam si in solis osculis, & amplexibus deprehendatur. Nam sicut ob hæc priuatur vxor dotẽ, ita alimentis. Sic Lara. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. n. 77. ff. de liberis agnos. Surdus de alimentis, tit. 7. q. 1. 6. n. 35. Sed sicut non est verũ eam priuari dotẽ (vt probauimus disp. 4. n. 12.) ita nec alimentis priuari potest.

28 Tandem ex dictis inferitur, quid in ea questione dicendũ sit, an vir teneatur ministrare alimenta, & litis expensas vxori adulteræ, durante lite intentatã ad diuortium? Quia in re ea omnia ministranda esse, asserunt Ioan. Lupus de dona. inter vir. & vxor. c. per vestras, in principio. §. 39. n. 5. Rebuffus. r. tom. ad l. Gallic. tit. de sententijs provisionalibus, ar. 3. glof. 1. n. 17. Surdus de alimentis, tit. 1. q. 1. 8. n. 5. & multi alij quos refert, & sequitur Cauallos in suis. q. communibus. q. 73. num. 18. & sequentibus. Quibus valde fauet lite pendẽ, si nil innouandum esse. Vt constat ex toto tit. vt lite pendenti. Alij verò quos refert ibi Cauallos, numer. 17. id negant, quando adulterium est notorium. Nam tunc nulla

ali-

alimenta debet vir vxori, vt ex multis Doctoribus retuli. n. 24. Sediuxta ea quã. n. 25. dixi, arbitror in foro externo cogendũ esse virum ea alimenta, & litis expensas ministrare vxori vsq; ad condemnationem: & pendenti lite nil innouandum: in foro autem conscientie virum illius adulterij cõsciũm minimè teneri. Sicut ibi diximus à iure alimenta subministrandi abolutum esse. Quando autem vxor litem diuortij aduersus virum intentaret, dubium non est, quin ei alimenta, & litis expensã a viro ministranda sint: ne expensis delictura à causa eadã. Atq; ita multis citatis docet Barbosa rubrica. ff. solu. mar. 2. par. numer. 44. in fine. Gutier. quæst. canon. lib. 1. c. 24. n. 7. Peguera decisione criminalli. 20. nu. 5.

## SUMMARIVM.

29 **Q**uoad pœnas civiles compensantur mutua adulteria: & vir adulter nõ lucratur dotem adulteræ: nec adulterã donationẽ ob nuptias. n. 29.

Adulter occultus non potest tuta conscientia dotem adulteræ lucrari. n. 30.

An vir qui applicat sibi dotẽ adulteræ fornicatur, teneatur dotem illam restituere? remissio. n. 31.

Post. n. 31. inuenies alia summaria.

30 **Q**uestio secunda. An mutua coniugum adulteria compensentur quoad pœnas civiles, amissionis dotis, & bonorũ adulteræ: & donationis propter nuptias viri adulteri? Difficultatẽ facit disparitas grauitatis, & iniuriã illatã per hæc adulteria. Verũ absq; dubio dicendum est compensari: sicut & quoad diuortium: ac proinde virum adulterum minimè lucrari dotem, aut alia adulteræ bona: nec vxorem adulteram donationem propter nuptias factam sibi à viro. Probatur ex l. viro atq; vxore. 40. ff. solut. matrim. ibi. *Viro atq; vxore mores iniuriã accusantibus, causam repudiij dedisse vtutq; pronuntiatum est: id ita accipi debet, vt ea lege quam ambo contempserint, neuter vindicetur: paria enim delicta mutua compensatione dissoluantur.* Vbi glossa verb. accusantibus, explicat, id est, *Obiectis in civilibus causis, vt in donatione propter nuptias, & dotẽ repudijs, si vtutq; se tueatur ob delictũ alterius.* Et fauet l. 13. fin. tit. 9. p. 4. lib. 1. *Ca en tales acusaciones como estas; el marido è la muger*

egualmente deuen ser pagados: pero tal igualdad non deuen ser cabida en todo antes se seglar. Vbi clarè docet in accusatione coram iudice seculari non esse pares coniuges in omnibus, quasi dicat in parte esse, nimirũ, quoad accusationem ad pœnas ciuiles, nõ autem criminales. Et idẽ ita docent Palud. 4. d. 3. §. q. 1. ar. 5. nu. 34. Bald. c. tuã. n. 1. in fine, de procurat. Paulus conf. 402. n. vnico, lib. 1. Decius regula, semper in cõtractibus. 157. n. 5. ff. de regulis iuris. Hyp. polyt. l. patre vel marito. n. 12. ff. de questionibus, & l. 1. §. item diuus. n. 5. ff. ad l. Corneliam, de fideicarijs. Et singulari. 234. n. 2. Sylua nuptialis lib. 1. §. non est nõbedum. n. 104. Cifuentes. l. 81. Tauri, limitatione. 3. Ioannes Lupus rubr. de dona. inter vir. & vxor. §. 20. nu. 2. Riparubrica de iudicijs. n. 26. & l. 2. n. 8. ff. solut. matrim. vbi Alezius. n. 7. Beronius conf. 45. nu. 5. lib. 2. Bernardus Diaz regula. 2. 16. fin. Gui lielmus Benedicius. c. Raynuntius, de testam. §. euidam Petro. nu. 114. Ang. verb. dos. n. 15. vbi Syl. q. 15. Tabiena. q. 11. n. 12. Armilla. n. 3. Brunellus de Sponalibus. concl. 30. declaratione. 8. nu. 12. Roland. conf. 50. n. 6. volum. 1. Carrius de homicidio. §. 6. n. 25. Curcius Junior rubrica. c. de edendo. n. 28. vbi Bolognetus. n. 30. & conf. 23. n. 2. Couar. 4. decr. 2. p. c. 7. §. 6. n. 5. Sebastianus Monticulus de patria potestate, verb. matrimonium. n. 88. vers. 5. fallit: habetur tomo. 8. tractatum. p. 2. Rojas singulari. 114. sine. Perez lib. 5. ordin. tit. 1. l. 1. fol. 1. verb. tres bienes. Et lib. 8. tit. 15. l. 2. ad finem, verb. lo que quisiere. Quæstada in suis. q. iuris ciuilibus. ca. 8. vnico, casu. 5. Cantera. q. criminalibus. q. tantum gentibus punitionem delicti. c. 4. nu. 38. vers. sed circa intellectum. Burlatus conf. 218. n. 8. volum. 2. Brunorus in suo cõpendio, litera A. vers. adulterium arguitur. Antonius Gabriel tomo. 1. com. opin. in mea editione, lib. 1. verb. adulterã, fol. 25. col. 2. Barbosa. l. 2. in principio. p. 1. num. 97. & 99. & l. viro atq; vxore. 40. n. 2. ff. solu. matrim. Gratian regula. 506. nu. 9. Azebedo lib. 8. recopil. tit. 20. l. 3. n. 24. & l. 4. nu. 50. Surdus de alimentis, tit. 7. q. 16. n. 74. Cenedo in collectaneis iuris, collectaneos. 166. n. 4. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 99. n. 2. Philareus de officio sacerdotis, tomo. 1. p. 2. lib. 4. c. 19. §. 4. peccat. Vega. 1. tomo summa. c. 94. casu secundo. Hinc inferitur, sicut vir adulter occultus nequit adulteram publicam vxorem accu-

fare



permissionem, sed concessionem significant. Vt constat ex l. 5. tit. 20. lib. 8. recopil. quæ est l. 82. Tauri, ibi. *El marido que matare por su propia autoridad al adultero, y la adultera, aunque los tome in flagranti de los, y sea iustamente becha la muerte, no gane la dote.* Vbi lex tanquam notum supponit iustitiam, ac licite in eo euentu mortem inferri. Et l. 3. tit. 20. lib. 8. eiusdem recopil. ibi. *Si el esposo los hallare en vno, que queda mayor si quisere, a ambos a dos.* Eodẽ prorsus tenore id concedit, ac quando autoritate iudicis traduntur viro adulteri: nam eadem lex loquens in hoc euentu, statim subdit. *Si los acusare, que los metan en su poder, y haga dellos lo que quisere.* Cum ergo eadem forma in vtroq; euentu loquatur, & in hoc conueniant Doctores non solum esse permissionem, sed concessionem reddentem licitam occisionem: ergo idem dicendum est in illo euentu, quod propria autoritate necat. Tertio, quia cum liceat inuaforem ad res proprias tuendas interficere: a fortiori id licere admittendum est, ad tuendum honorem: quem lædere iniustus adulter non veretur. Honos enim rei familiaris antefertur. l. Iulianus. ff. si quis omis. cau. Quarto, quia Nicolaus. l. scribens Rodulpho Bituricensi Archiepiscopo: & refertur. c. interfecit. 33. q. 2. sic ait, *Interfecit suarum coniugum sine iudicio, cum non addis, adulterarum: quid aliud habendi sunt, quam homicida.* Sentit ergo reos homicidij eos minimè censendos, si vxor interfecit adultera sit. Et Stephanus V. Hastulpho scribens, & refertur. c. admonere. 33. q. 2. illum carpit, quod vxor necasset: subditq; delicti rationem, his verbis. *Non inuenisti eam cum alio viro rem nefariam facientem.* Ergo sic inuenta posset eitra culpam necari. Et idè hanc sententiã tunc tenet Castillo. l. 82. Tauri. nu. 6. sine. & ibi Antonius Gomez. n. 52. sine, iuncta. l. 76. in sine. Mincha in controu. vsuquent. lib. 1. c. 6. n. 2. & sequentibus. Et in controu. illustr. lib. 1. c. 49. n. 4. & sequentibus. Iulius Clarus lib. 5. receptarũ. §. homicidium, vers. sed hæc quidè. Azebedo lib. 8. recopil. tit. 20. l. 1. in. & lib. 4. tit. 10. l. 1. nu. 21. Et Emmanuel Sa summa, verb. homicidium. n. 15. vers. occidere, refert aliquos hoc tenere, & videtur sentire esse probabile: tantum enim vocat melius oppositum.

38 Secunda sententia extrema docet virũ peccare læthaliter, occidendo adulteros

authoritate iudicis sibi traditos vt occidatur. Dicitur, quoniam cum leges nõ præcipiãt viro, nec etiam iudex, vt adulteros enecat, sed suã voluntati committant. Vt constat ex l. 3. tit. 20. lib. 8. recopil. eius verba. n. præcedentia retuli, non censetur maritus autoritate publica, sed priuata eos interficere: ac proinde à culpa homicidij non excusabitur. Et confirmatur, quia idè autoritate priuata peccat eos occidens, quod lex id non concedit, sed solum permittit. Sed similiter est permissio, si voluerit vir occidere, quando iudicis autoritate sibi traduntur. Ergo vel in vtroq; casu, vel in neutro peccat. Secũdò, quia. D. Th. 4. d. 37. q. 2. ar. 1. ad. 2. dicens legem cuius permittentem viro adulteros in scelere inuenitos enecare, non excusare à culpa, eam subdit rationem: quod lex non præcipiat, sed viro permittat. Sed similiter non præcipit, sed solum permittit post latam à iudice sententiam: ergo nec tunc excusabit à culpa. Hanc sustinet Scotus. 4. d. 15. q. 3. paulò ante solutionem ad argumenta vers. esto etiam: & ducitur alio fundamentum: quod non refero: quia nullus est momenti. Et dicit esse probabilem Ouanus 4. d. 37. q. vnica, propositione. 3.

39 Prima tamè conclusio fit. Maritus propria autoritate adulteros in delicto reprobos enecans, admittit culpam lethalem homicidij. Probatur ex. c. inter hæc. 33. q. 2. vbi Nicolaus. l. scribens Albino Archiepiscopo, dicit licere secundum leges mûdanas, non tamen secundum Ecclesiasticas, vxorem adulteram interficere. Secundo, quia. D. Aug. lib. 2. de adulter. coniug. c. 15. vocat rem nefariam, sic adulterã occidere. Tertio, quia leges solum permittunt impune occidere, præceteris vehementissimò dolori, quo concitatus vir iniuriam sibi interrogatam, adulterorum interfecitõne vindicat. At leges permittentes aliqui impune fieri, minimè à culpa excusant. Vt latissimè multis exemplis adductis confirmat Tiraquellus. l. 9. connub. n. 1. & sequentibus. Tandem, quia iniustum est parte nõ audita concedere generalẽ facultatem occidendi reum: leges ergo quæ id concedere videntur, potius permittunt impune id fieri, quam facultatem sic faciendi concedant: ac subinde maritus illarum autoritate adulteros in delicto comprehensos interficiens, homicidij culpa minimè vacabit. Atque idè hanc partem tenent ex Theologis, D. Thom. 4. d. 37. q. 2. artic. 1.

corp. vbi. D. Bonau. ar. 2. q. 1. Durandus. q. 2. ar. 1. nu. 5. Ricardus ar. 2. q. 1. Palud. q. 2. ar. 1. nu. 5. & 4. d. 35. q. 2. art. 1. conclus. 3. num. 10. vbi Maioris. q. 2. §. vltimo. Abul. Marth. 5. q. 113. D. Ant. 2. p. tit. 7. c. 8. §. 2. notabili. 2. Metina. c. de restit. q. 3. causa. 4. Victoria summa, de mati. nu. 292. Petrus de Soto l. 13. de mati. diffie. 1. Supplementum Gabr. 4. d. 37. q. vnica. ar. 3. dubio 2. vbi Sotus. q. vnica, artic. 3. concl. 1. & de iust. lib. 5. q. 1. ar. 3. ad. 1. Guillelmus Borri long. 4. d. 37. q. vnica, artic. 2. concl. 3. vbi Ouanus. q. vnica, propositio. 2. & ibi Celaius. q. penultima. Vigueur. lib. institut. c. 16. §. 7. vers. 9. ad finem. Ledef. 2. p. 4. q. 62. art. 2. sine. Veracruz. 3. p. Speculi. ar. 4. concl. 1. fin. Palacios. 4. d. 37. disp. vnica. fol. 805. vers. ceterum res constans est. Angl. floribus. 1. p. de mati. q. 11. de impedimẽto ordinis. 2. diffie. 2. Pedraza sum. præcepto. 5. §. 2. Valencia. 2. 2. disp. 5. q. 8. pun. 3. §. secundum est. Arag. 2. 2. q. 64. ar. 3. ad. 2. vbi Saloia controuerfia. 2. & ibi Bañes dubio. 2. in solutione ad. 3. Emman. Sa sum. verb. homicidij. n. 15. vers. occidere. Lud. Lop. 1. p. instructorijs. c. 295. §. pro facien. 2. Barthol. à Ledef. de mati. dub. 57. conclus. 1. Petrus de Ledef. de mati. q. 60. ar. 1. dubio. 1. Nau. lib. 2. de resti. c. 3. p. 2. in nouo edito. dubio. 8. n. 206. Philiar. De officio facer. tom. 1. p. 2. lib. 4. c. 8. vers. dicim? tertio. Manuel. 1. tom. sum. 2. editi. c. 206. n. 9. Vega. 1. tom. sum. c. 127. casu. 3. Et ex Iurisperitis, Gloss. c. interfecit. 33. q. 2. adulteram, & c. inter hæc. verb. liceat. 33. q. 2. & Archid. eo. cap. inter hæc, statim in principio, Bellemera ibi, statim in principio. Abbas. c. si veniens, cl. 2. de spons. sine. Et c. interfecisti. n. 2. de homici. & ibi Eneas de falconibus, in addit. liter. c. verb. à peccato, & ibi Ananias, nu. 7. Felinus. nu. 4. Idem Felinus. c. quæ in Ecclesiario. n. 4. de consti. Alex. de Neuo. c. plerumq; n. 21. de donat. inter vir. & vxor. & c. veniens, cl. 2. num. 18. de sponsal. vbi Cardin. nu. 2. oppositio. 2. Præpositus sine. Iason. l. ve vim, nu. 22. ff. de iust. & iure. Albericus in suo dictionario. litera. A. verb. adulterium, vers. an liceat aliquo casu, & litera L. verb. impediment. 8. sine. Faber. l. Græchus, paulò ante finem. C. ad. l. Iuliam, de adult. Fortunius de vltimo fine, illatione 11, num. 129. A Rensis summa. 2. p. libro. 8. tit. 20. ar. 4. q. 1. Rosella, verb. impedimentum, impedimento. 8. n. 21. Angelus ho-

micidium. n. 6. & verb. vxor. nu. 4. Sylu. homicidium. 1. q. 2. dicto. 6. & verb. lex. q. 10. vers. 4. & matri. 7. fin. Tabie. verb. imped. imp. 7. q. 1. n. 2. Armil. verb. homicidij. n. 8. Tiraq. l. 9. connub. n. 4. Hyppol. l. patre, vel marito. n. 9. ff. de quast. Cifuentes. l. 82. Taur. dubio. 4. Turre. c. interfecitõ res. 33. q. 2. n. 2. Nau. sum. hispa. c. 15. nu. 3. sine. Couar. 4. dec. 2. p. c. 7. §. 7. nu. 9. Telob. l. 9. Tauri. n. 13. Plaza de vltimis. lib. 1. c. 36. n. 13. Oroscius. l. ve vim. n. 5. & 6. ff. de iust. & iure. Duenas regula. 68. limit. 2. De cianus practica crimin. lib. 9. c. 15. fin. Vi. llalobos in commun. opin. litera. M. n. 23. Perez lib. 8. ordin. tit. 1. §. 1. 2. fol. 293. immediate ante. §. ex qua potest. Gaetre petitione. c. ad limin. 30. q. 1. §. 4. nu. 421. Spino speculo testa. gloss. 19. princi. n. 14. Martiugo lib. 5. recopil. tit. 8. l. 6. gloss. 1. nu. 11. Gutierrez. q. præd. lib. 2. q. 1. n. 21.

40 Dubitabis forsitan, an si maritus esset iudex, liceret ei adulteram vxorẽ in scelere comprehensam interficere? Id enim fortè licere, ait Palud. 4. d. 35. q. 2. art. 1. concl. 3. n. 10. Et satis fauere videtur. D. Th. 4. d. 37. q. 2. ar. 1. ad. 1. ait enim idè virũ tunc interficentem peccare: quia non est vxoris iudex. Et suaderi potest, quia iudex reos mortis interficere potest. Talis autè est adultera illa. At dicendè est cõ. D. Antonino, & Supplementum Gabrielis citati. n. præcedenti, id minimè licere. Quia iudicis est malefactoris punire, non vt cunq; sed parte audita, sententiaq; lata. Nec. D. Th. oppositum sentit: nam dixit non licere viro interficere, quia non est iudex vxoris: supple. & esto esset iudex, non interficit vt iudex, sed vt persona priuata. Quia non procedit causa cognita.

41 Hinc deducitur, virũ qui priuata autoritate adulteros in scelere reprobos enecat, teneri dãna restituere, instar aliorum homicidarum. Quia peccat peccato homicidij, & subinde contra iustitiam. Sic Nauarra lib. 2. de resti. c. 3. p. 2. in noua edition. dub. 8. n. 207. & fauent ceteri allegati. n. 39. dicentes hoc esse peccatũ homicidij: & Bañes ibi allegatus, dicens hunc peccare contra iustitiam.

42 Secunda conclusio. Maritus adulteros interficiens sententiã iudicis sibi traditos, vt eos si velit, necet, nullius culpa reus est, si non liuore vindictæ, sed iustitiæ zelo id efficiat. Quia sicut iudex potest carnifici exequutionẽ eius sententiæ demãdere, nec carnifex peccare: ita potuit lex id

comittere marito. Nec refert illū esse necessarium sententię exequutorem : hunc autem liberum. Quia vterque reuera est minister iustam sententię exequens : & autoritate legis, ac iudicis id munus obit. Nec potest dici, id esse permissionem solum. Nā index autoritatem præstat illi occisioni, sententię publica damnans, & vinctos tradens adulteros marito, vt si velit, eos enecet : & si quis obstaculo esset interfecit, iureceter illum : quare marito peccante, non possit index eiusdem culpę immunis esse, tanquam cooperans morti, illamq; fouens : & subinde lex id præscribens foret iniquissima. Et ideo hanc partem defendunt ex Theologis. D. Th. Durand. Ricard. Palud. 4. d. 37. q. 2. n. 7. art. 1. Victoria, Medina, Petrus de Soro, Sot. lib. 5. de iust. q. 1. ar. 3. ad. 1. & 4. d. 37. q. vnica, ar. 3. cõclus. 1. Ledesma, Celaia, Veraeraz, Palacios fol. 306. vers. verum si iudex. Angles, Aragon, Salon, Bañes, Valentia, Emanuel Sa. n. 14. vers. adulteram. Nau. nu. 20.9. Bartholomæus à Ledef. concl. 3. Lud. Lopez. §. ad. 1. obiectionem, Petrus de Ledef. dubio. 2. Man. Philiar. Vega, quos retuli. n. 39. Dried. lib. 1. de libertate Christiana. c. 10. Victoria relect. de homicidio, à. n. 11. vsq; ad. 20. Et ex Iurisperitis, Albericus vtroq; loco, Aftenfis, Rosella, Sylu. matrimonium. 7. sine, Tabiena, Armilla, Turre. Couar. n. 8. Tello, Decianus, Plaza, Perez, Gaeta, Matien. o. 17. Gutier. nu. 23. quos omnes retuli. n. 39.

43. Imò si cõiuncti adulteri fugam arripiat, & iudex capite eos damnet, committens viro vt vbi cumq; apprehensos occidere possit, non peccabit vir occidens zelo iustitię. Quia iam autoritate iudicis publica fungens, id exequitur. Sic docent Palacios, Gutierrez, Manuel, Vega. n. præcedenti allegati. Temperantq; nisi vir adulter quoq; sit. Sed id temperamentum. n. 35. reprobauius.

44. Ad argumenta. n. 37. proposita respondetur. Ad primū dic. cū. D. Th. 4. d. 39. q. 2. ar. 1. ad secundū, legem concedentē, vel iubentē aliquis, aut approbantē excusare à culpa, secus quando tantū permittit. Ad conf. dic. cū. D. Th. 4. d. 35. q. 2. ar. 2. quæstione. 2. ad. 1. potentē prohibere minimē peccare. si à prohibitionē ablineat, non sperans correctionē, sed grauiora damna probabiliter timens. Vt contigit in præfenti. Ad secundū negandum est leges id concedere: tantū enim permittunt. Et dū

lex illa. §. dicit iustē illatam esse mortem: non intelligit, licitē in foro conscientiar: sed iustē, id est, in casu à lege impunē permisso. Et quanuis. l. illa. 3. abi allegata videatur eodē tenore loqui, dū permittit autoritate propriaviro occidere adulteros: & dum autoritate iudicis id cõcedit. Ad magna reperitur differentia in modo vtriusq; concessionis. Nā dum loquitur de occisione autoritate propria, sic ait. *Que puda matar.* Id est, impunē. At quando autoritate iudicis: sic ait, *Que los me a. n. su poder.* Vbi iudici præcipit, vt occisioni coo-peretur, tradens adulteros viro occidendos. Quod iniquum esset, si vir peccaret. Ad tertiu die licere inuasorē ad laedendū honorē, interficere, quando aliter defendi nequit: at vbi iam læsit, id est illicitum. Quia prius ad iustā spertat, postterius verò ad vindictam ferat. Sic ergo adulterum inuadentē vt vxorē violet, potest vir vxori cõstititens tuens, interficere, si aliter illud malū cauere nequeat. Id enim est iustā defensionē vti. At vbi inuenit adulteratē, nō est defensio, sed vindicta: & proinde est illicitum. Ad quartum dic. cū glossa eo. c. interfectores, verb. adulterum, sup plendum esse, maximē, cū non addis adulteratū: quasi velit in vtroq; casu esse peccatū: sed multo grauius, quādo vxor innocens esset. Ad. c. admonere, dic non esse causam iniustitię occisionis, non intentionē esse vxorē in adulterio: sed causam crudelioris, & scelestioris occisionis: cū vxor aniam minimē dederit. Ad argumenta. n. 38. proposita respondetur. Ad primū dic, quanuis iudex non præcipiat, at ipsum præbere licentiā, & autoritatem interfecitoni illi præstare: ac proinde censeri factā autoritatem publicā. Ad conf. cõstat ex dictis in solutione ad secundū argumentū. Ad secundū respondet bene Sorus. 4. d. 37. q. vnica. ar. 3. post. 3. concl. vers. neminem ergo fallat, ibi. D. Th. sermonem facere de marito propria autoritate interfecitenti adulteros: quæ ratione legis permittit, ait minimē excusari: quia lex non præcipit, sed permittit. Quamuis autē non præcipiat, quando autoritate iudicis viro traduntur: at ea non est pura permissio, vt expluimus in solutione ad. 2.

SVMMARIVM.

Proponuntur argumenta probantia viro adultero non licere adulterū criminaliter accu-

fare, vt capite damnetur, numer. 45. Sententia auctoribus proponitur, num. 46. Soluuntur argumenta, nu. 47. & ibi explicatur. l. 6. tit. 9. p. 4. l. 9. tit. 17. p. 7.

45. **Q**uestio vltima. An viro adultero licitum sit in foro conscientia vxorem adulteram criminaliter accusare, vt capite damnetur? Pars negans ex eo suaderi videtur, quòd paria delicta coniugum mutua compensatione aboleantur, c. penultimo, de adult. & l. viro atque vxore. 40. ff. solutus mar. & nil iniquius sit, quàm viro eodē vitio laborantem accusare adulteram, de eodē crimine. Vt testatur D. Aug. lib. 1. de sermone Domini in morte cap. 28. relictus. c. 1. 32. quæst. 6. Secundū, quia. l. 6. tit. 9. p. 4. & l. 9. tit. 17. par. 7. expresse deciditur virum accusantem adulterum vxoris, repellit per exceptionem simili vxoris, resp. Et pro hac sententia faciunt Palacios, Gutierrez, Manuel, Vega, quos retuli, & reprobaui num. 35. cū dicant non posse iudicem tradere adulteros occidendos viro simili adulterio in seculo. Et facit etiam Henriquez quem ibi citauit, & reprobaui, dum ait admitti exceptionem concubinam tenentis viri, si vxorem accuset de adulterio. Possunt etiam pro hac parte allegari Tiraquel. l. 1. connubiali, glossa. 1. p. l. nu. 44. Nau. sum. ma. c. 16. n. 29. Matien. lib. 5. recop. tit. 1. gloss. 1. tubricæ, num. 102. vbi absolute dicit nefas esse viro adultero accusare adulterū vxoris. Possunt etiam referri Doctores, quos disp. 6. n. 9. retuli, qui aiunt non permitti viro occulte adultero accusare vxorem publice adulteratam, Sed reuera non sunt omnes hi Doctores huius sententię: aperte enim loquuntur de accusatione ciuili quoad diuortium, vel quoad lucrum dotis, in qua vterq; coniux æqualis est, ac compensantur adulteri. Vt diximus num. 29.

46. Dicendum igitur est, virum quantumvis adulterijs coopertus sit, posse criminaliter accusare vxorem adulteram, & aduersus eam licet pœnam illam sententię iudicis præcedenti exequi. Ducor, quoniā idem seruandum est in vtroq; foro, quando forum externum non inuitur falsæ præsumptioni (vt probauimus lib. 1. disp. 5. num. 20.) Sed in foro externo admittetur accusatio adulteri vxoris ad pœnam criminalem, repulsa exceptione simi-

lis adulterijs viri (vt probauit hac disputatio. numer. 33. & 34.) ergo & in foro conscientia id licebit. Et confirmatur, quia ideo vir adulter nequit vxorem adulteram accusare quoad diuortium, dotis ve amissionem: quia adulteria hæc quoad hanc accusationem ciuilem mutua compensatione abolentur, id ita iure disponere (vt numer. 29. probauimus.) Ergo licitum est viro adultero criminaliter vxorem adulteram accusare. Et ideo huius sententię videtur clare Cardinalis. c. fin. nu. 1. oppositio. 2. de adult. vbi dicit adulterium viri ipsum priuare iure accusandi vxorē adulteram, quoad diuortium, non tamen quoad pœnam. Expresse etiam videtur huius sententię Doctores, quos. n. 36. allegaui, dicentes minimē compensationem fieri vtriusq; adulteri quoad criminalem accusationem. Et in proprijs terminis docet dicens esse sententiã virorum doctissimorum, Petrus de Ledesma de matrim. q. 62. ar. 1. dubio. 3. Bartholomæus à Ledef. dubio. 68. ad finem, de matrimonio. Enriq. lib. 1. de matric. 17. n. 3. ad finem. Nec oportet addere limitationem, quam ipse ponit, nempe, si vir corrigatur, vxor autem in adulterio perseueret. Quia licet vir nō corrigatur, nequaquam dari compensationem vtriusq; adulteri quoad hanc accusationem criminalem, probaui. n. 36. vnde viro minimē corrodō fas est vxoris adulterium ad iudicium criminale deferre.

47. Tandem ad argumenta, num. 45. proposita respondetur. Ad primū dic compensationem illam intelligi, & testimonium. D. Aug. quoad accusationem ciuilem, in qua vterq; coniux est æqualis: secus quoad criminalem. Ad secundū dic leges illas accipiendas esse de accusatione ciuili, non autem de criminali. Vt docent Greg. Lopez ea. l. 6. verb. derecho: & ea. l. 9. verb. tal defension, & Azcbedo lib. 8. recop. tit. 20. l. 3. sine. Vel secundū dic cum Gregorio Lopez eisdem locis, si intelligantur quoad accusationem criminalem, esse iuri communi contrarias, & corrigi per ius nouum huius regni, l. 3. tit. 20. lib. 8. recop. l.